

LIBER SECVNDVS - LIX.

suscipere, paræ esse consultū uidef. Et hæc a circūstantijs sumitur  
Atq; hanc ppositionē rursūm dūidet. Primū q sine summo rei  
Christianæ discrimine bellū id moueri nō possit. Deīde q sedes  
Rhomana apud quā pie factis, semper summa fuerunt præmia  
parū meminisse uidebit officiorum, quæ sæpenumero ea gens  
summo cū uitæ discrimine in Christianā contulerit religionem  
Postremo q ne causa quidem idonea est, cur etiā aduersus nihil  
cōmeritos, arma mouere oporteat. Nisi quis has nō propositio  
nes, sed rationes esse malit. Item si qs psuadere studeat Regi cui  
piā, ne bellum suscipiat cū Christianissimo Galloꝝ rege, hmōi  
ppositionibus munire uia ad causam poterit. Primū, bello con  
flictari, nō esse hoīs ad beneuolentiā nati, sed brutorū animant  
tiū, quibus natura arma quædā addidisse uidef. Huic subseruiet  
altera ppositio. Immo nec oīm animantiū, sed ferarū dūtaxat.  
Rursūm huic tertiā subseruiet. Atq; adeo ne feræ quidē hoc pa  
cto inter se dimicant, quo mortales. Neq; enī tigrīdi cū tigrīde  
bellū est, neq; leonī cū leone. At homo non in aliud anīal æque  
sæuit atq; in hoīem. Tum feræ nō certant, nisi aut tuendi fœtus  
causa, aut fame in rabiem actæ. Hoīem inanis ambitio, ac tituli  
nescio q leues, & affectati, ad rā sanguinolenta bella concitant.  
Huic iā succedet tertiā, quasi nouus gradus. Vt hoīm sit bellare  
certe barbarorū, ac feris nō admodū dissimilium, nō eorū qui le  
gibus uiuūt. Adde quartā. Vt horum etiā sit, haud quāq; tamen  
Christianorū. Quandoquidē Christiana religio, nihil aliud est q  
pax. Licebit adijcere quintā, Vt deceat, nō expedire tñ bellum,  
suscipere, qd oībus pensitatis, multo plus malorū est, q belli cau  
sa suscipiunt, q bonorū, q uictor etiā consequat. Id iam cōtentio  
ne erit explicandū. Sexta q; reperiet. Vt expediat, non tñ esse  
tutū, & ancipitem esse belli exitū. Neq; enī semp uincere, quorū  
melior est causa, aut q superāt apparatus, ipsas etiā copias in suū  
ducē nōnunq; arma uertere. Atq; hæc quidē propositiones gene  
rales sunt. Tum ad particulares uenire licebit, q sument a circū  
p iij stantijs

*Bellum*